



foffet, und andern *Carmina* Vol. II.

A. W. 75. Quart.

4.

*Ca*

8. 9.

9. 10.

10. 11.

*Ca*

11.

12.

14.

15.

16. 17.

*Ca*

18.

19.

20.

21. 22.

23.



30 R 8

AD FECTUS  
Musarum & Gratiarum,  
In  
Magnificum, Amplissimum,  
Consultissimumq; Virum, Dn.

# NICOLAUM HELFRICIUM,

J.C. Clarissimum, Serenissimi DN. ELECTORIS  
Saxoniae Consiliarium meritissimum;  
Fautorem literarum,  
Promotorem literatorum;  
Sincero voto,  
Anagrammatum peplo,  
Epigrammatum involucro  
In Onomasteriis ipsius  
Intextus  
ET  
Declaratus,  
Interprete

M. Petro Ailbero, Poëta Coronato Cæsario,  
Verbi divini in Schönfeld  
Ministro.

Anno Christiano  
M. DC. XXXV.



Aeneas  
M. Tullius Ciceronis  
Epigramma dedicatorium.

## Epigramma dedicatorium.

**H**Æc HELFRICHE, tibi sacrant Anagram-  
mata Musæ,  
Et Charis affectum sic ubi trina probat:  
Dum redlit lux ista tui data nominis index,  
Quam pro Natali vulgus amare solet  
Cum Charisin Musas, cumq; harum Interpretæ Vate,  
Susceptas solito, quæjo, favore juva.  
Perge tuo auxilio inservire bonusq; , piusq;  
Sic te perpetuò servet ametq; D E U S.

Die 6. Decembris, D. NI-  
COLAO sacrâ, Anno Ema-  
nuelis: Etenim VnlVersi,  
qVI sVstInent te, non Com-  
fVndentVr, Psal. 25. v.3.

M. Tullius Ciceronis  
Epigramma dedicatorium  
Anno Christi m  
M DC XIXA



# Votum Onomasticum,

**N**ICOLEOS rursus revoluto cernimus  
anno  
Indugredi auspicio splendidiore  
diem;

HELFRICHII solitos Genius dum poscit honores,  
Natali fatis jam redeunte bonis.

Dicte grande Sophos Genium ingeminate beni-  
gnus,

Et p̄eana Viro fundite Musicolæ.  
Ecquis enim sacris tam planè ignobile vivat

Mancipium à Musis à Charisq; procul,  
Dedita quem non sponte Vtii reverentia tanti

Incultis faciat carmen hiare modis:

Sol velut intendit radios, geminatq; calores,  
Herculeam penitrans celsus in axe seram:

HELFRICHII sic se Virtus extendit ubiq;

Laudibus atq; implet solis utramq; domum,  
Pulchrius haud quidquam vidi, si in corpore pul-  
chro

Cum decore est gravitas, cum gravitate decus.  
Splendet utroq; quidem HELFRICHUS bene noster,  
& apto

Schemate concinnum corporis augmen habet.

A 2

Quis



Quis neget in cunis Pueri exornasse figuram  
Tres manuum mira sedulitate Deas?  
Blanda venustatem Venus addidit, aurea cultum  
Juno vultum, animum Pallas amica gravem:  
Indeque concinnos mores, quibus utitur omnes  
Erga homines, quam sint conditione, dedit.  
Ellogio hinc Vatum dignus certe ipse, sacrarum  
Quin & Musarum dignus is ellogio.  
Quisquis ades, placido testatus gaudia vultu,  
Quæso, fave pangenti geniale melos:  
Et mecum plenâ Genium veneratus acerrâ  
Pone merum, atque focis lætior adde crocum:  
Et dic: naviis expandens prospera vela  
Magnifico lauta Ô cymba resurge Viro.  
Surge, age, diffugiant hoedi, celeresque quadrigæ,  
Nulla tuam impediant flabra nociva viam.  
Mens tua nube vacet: Charites & Numinæ gaudent  
Carminibus, Genius flore, sed astra polo.  
Scilicet hæc summa est: faxit, qui missus olympos,  
CHRISTUS, ut hæc redeat sapius inde dies.  
Euge Dies iterum roties totiesque renideas,  
Luceque sœpè tuâ fulgeat HELFRICHIUS,  
Donec is Euboicos vel ter compleverit annos,  
Cœlicolum cupiens, terrigenumque satur.

... Ana.  
Gnra



*Anagramma I.*

**NICOLAUS HELFRICUS:**  
**HIC LAUS RE CONFLUIS.**

*Autogramma.*

**P**ollenti Laus Hic Re lautâ Confluis ampla  
Dotibus HELFRICHO Corporis atq; Animi.

*Epigramma.*

**B**ls tres HELFRICHIUM cumularunt dotibus  
amplis  
Suada, Dice, Virtus, Musa, Minerva, Charis.  
Imbuit eloquii prælargo flumine Suada:  
Jus duplex monstrat relligiosa Dice:  
Nominis attribuit splendorem mascula Virtus:  
Artibus ingenuis Musa serena beat:  
Dædala judicium cerebro dedit acre Minerva:  
Enfigero charum conciliatq; Charis.  
Dotibus HIC LAUS RE lautè auctâ CONFLUIS istis  
Id quod fama suis clarat ubiq; tubis.  
Hinc instar Solis Mensæ celebratur, & hinc est,  
Quod summis Vatum laudibus evehitur.  
Macte hac laude tuâ, Vir splendide! dotibus istis  
Victuram indeptes post nigra fata cedrum.

*Anagramma. II.*

**NICOLAUS HELFRIECUS:**  
**EN HIC FLOS CLUIS AVRE!**



*Autogramma.*

**D**Apsilis auxilio EN HIC FLOS CLUIS AURE  
Clientis:

Te loquitur grato plurimus ore Cliens.

*Epigramma.*

**F**ERTILIS HELFRICHUM num floris imagine  
pinges?

Pingam: Flos Musis ille saluber adest.

Multum animum pascit sub amico sidere cœli.

Flos, dum nectarei proflat odoris opus:

Auxilii sic flore sui foveat ille Camœnas,

Et multis præstat flore favoris opem:

Erigit adfictos, benefactis mactat egenos,

Consilio, auxilio dives ubique suo.

EN FLOS, HELFRICHI, CLUIS HIC benè in AURE  
Clientum,

Qui capiunt ex hoc flore favoris opem!

O quantas hoc flore soles recreare catervas,

Quas mala pauperies, dura noverca, premit!

Cernimus adfidos populis undare penates,

Floris & hanc omnes experiuntur opem.

Intrantes vacui, remeant hoc flore madentes:

Hic capit hoc, illud sed capit iste bonum.

Macte tuo, Fautor pollens ope, flore favoris!

Istius affectus munere macte tui!

Pergé,



Perge, nec à Musis Flos ille saluber abesto:  
Natos, oro, meos hoc quoq; flore juva.  
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt  
Morteq; & invidiæ vividiora minis.  
Grande polo pretium quin te simul inde manebit:  
Effusum is quicquid, majus IOVA dabit.

*Anagramma 171.*

D. NICOLAUS HELFERIECUS:  
SALVUS HICCE DEIN FLORE.

*Autogramma.*

HICCE DEIN FLORE Natali in lumine SALVUS,  
Tythoniq; Phrygis vive revive dies.

*Epigramma.*

HELFRICH rediit lux felix terq; quaterq;  
Intuita est qua te ponere in orbe pe-  
dem,

Et quâ te genitum dias in luminis auras  
IOVA bonum nobis velifer ille dedit.

Exultant omnes, quibus imbuit ora Cythère,  
Quosq; trahunt doctæ mollia corda Deæ.  
Omnia sunt operata sacris hac luce Camœnîs:

Ejus in auspiciis omnia fausta cadunt.

HELFRICHUM dedit, & Musis dedit illa Patro-  
num,

Pectore nam Musas possidet ipse suo.

*Aurea*



Aurea lux salvē, ter felix! aurea cœli  
Sidera, gens studiis non alienā meis!  
Sidera quæ primūm facili trepidantia vultu  
Serpere vidiſtis HELFRICHUM tenerum!  
**H**ELFRICHI salve! Natalem Aurora serenum  
Puniceis revehat candida semper equis.  
Sis felix meritis gravis & pietate, Patrone,  
**H**ICCE DEIN FLORE SALVUS & incolumis!

*Auctoris παραμυθικόν.*  
**J**OVÆ sum nascens, juvenescens, deinde sene-  
scens:  
Servatus servor, nec periturus in hoc,

*Eiusdem Symbolum hactenus usitatum*  
ex Esa. 30. v. 15.

In spe s̄ILentioq; Ve VItVs est Mea:  
SoLo Deo nlsVs sVo beatVs est.



Dresda, typis Gimelis Bergen.

Auctoris





30 28

AD FECTUS  
 Musarum & Gratiarum,  
 In  
 Magnificum, Amplissimum,  
 Consultissimumq; Virum, Dn.

# NICOLAUM HELFRICHUM,

J.C. Clarissimum, Serenissimi DN. ELECTORIS  
 Saxoniae Consiliarium meritissimum;  
 Fautorem literarum,  
 Promotorem literatorum;  
 Sincero voto,

